



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 73. Joannes Hussus tertio auditus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

## §. LXXIII.

Sæcul. XV.  
A. C. 1415.*Joannes Hussus tertio auditus.*

Alterâ die Joannes tertio coram iisdem Deputatis, eodemque in loco comparuit. Ante omnia viginti sex prælegebantur articuli ex tractatu, quem *de Ecclesia* inscripsit, extracti; hunc librum tanquam genuinum laboris sui partum agnovit, & quandam illius declarationem produxit, quæ in hoc confessu recitata est. Ubi Articulos, qui sui erant, tanquam suos approbavit, alios explicavit, ceteros autem, qui ipsi ab Adversariis suis, & præcipue a Stephano Paletz affingebantur, negavit. Summa doctrinæ in triginta novem Articulos distincta fuit, quorum primi viginti sex ex libro *de Ecclesia*, prout diximus, excerpti fuere, septem vero sequentes ex responso Joannis Hussi ad Stephanum Paletz, & sex ultimi ex libro, quem composuit contra Stanislaum de Znoima Professore Theologiæ Pragensem, qui quondam suus erat Magister, longe tamen alienus a mente sui Discipuli. En ipsos Articulos.